

3125

LITURGICI.

3126

ita pergit: *miserere famulo tuo ministro, et dirige eum &c.* Aliae

*Vng foul dieu de tout creatour
Tu seruiras et aymeras
Et en lui lamour de ton cueur
Sus toutez chousez tu meptras.*

Alia proluxa Oratio hac lingua ad Deum, Commemoratio latina contra *sacrum Ignem* ad D. *Antonium*, cui in praevia Icone adstat D. *Franciscus* jam 5. Stigmatibus notatus, demum Officium pro Fidelibus defunctis, ante quod Cadaver terrae committendum non nisi telae lineae insutum absque tumba depictum conspicitur, id, quod in pluribus hujus aevi monumentis observes. *Codex* hic pluribus vestigiis deprehenditur $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ olim fuisse nobilis Stirpis gallicae de *Fontenailles d'Aubert et Marigne*. Nam primum in *Calendario* notantur defuncti Mense *Majo Petrus de Fontenailles* 1466. Dec. *Paulus* 1481. Sept. *Jobannes* 1559. et *Julianus* 1586. cum aliis quibusdam Profapiae de *la Croix*. Deinde fol. 113. p. 2. legitur: *Cest liure est a guyonne de la croyz dame de marigne la quelle le lessé en la ditte meson pour sen seruir les dames succedantez apres elle et non pouvoyr de l'enleuer*, et paullo supra: *Priez dieu pour Ysabeau dorenge et gyonne sa fille*. Obiit haec juxta *Calendarium* m. Apr. 1499. Intelligendam autem per *la ditte meson* Domum *Fontenalliam* censeo ex eo, quod praedictae Notae bis a diversa manu subiectum est: *De Fonte-*

Horae de Beata, Paraphrasis rhythmica Decalogi hujus tenoris:

*Le nom de dieu ne de ses sains
Sans gravt necessite ne iurez
Tu te dampnes soys en certains
Cy en iurant tu te pariurez &c.*

nailles, tanquam duae Matronae (*Dames succedantez*) fidem hanc roborassent. Demum ad Libri calcem habentur primum Proles *Jobannis de Fontenailles* et *Ivoniae le Porc* ab a. 1545. ad an. 1558. dein Proles *Tristani* et *Renatae de Champaigne* ab a. 1572. ad an. 1579. tandem Proles *Juliani* et *Gabrielidis de Goue* ab a. 1599. ad an. 1620. inter quarum omnium *Patrinos* multae sane aliae Stirpes illustres *Galliae* nominantur. Atque haec Studii genealogici causa nolebam tacita relinquere, doctus experientia, quam inexpectatae non raro quaestiones moveantur.

DCCCLXXXVII.

Codex membraneus lat. gall. 959 Sec. XV. Folior. 169. 4. bene scriptus, literis initialibus, et marginibus omnibus deauratis et picturatis, additis Iconibus grandibus XV. aurea luce speciosis, potissimumque opere architectonico circumdatis, et iis similibus, quae deinceps in *Gallia* aeri incisae et coloribus inductae exeunte Sec. XV. et inchoante XVI. in Libris precatoriis *Parisiis* prelo excusis visuntur, *Horarium* est sequentia complexum: *Calendarium*, IV. Evan.

3127

C O D I C E S

3128

Evangelistarum *περικοπας*, **Passionem** D. secundum *Johannem*, **Horas** B. V. M. de **Cruce**, de **S. Spiritu**, **Psalms** de *Poenitentia*, quibus *Bethsabeam* modestius praemissam vellem, cum **Litaniis** OO. SS. demum **Mortuorum Vigiliis**.

In **Calendario** *Vincentius*, *Remigius*, et *Clemens* auro scripti sunt. Praeter picturas **Signorum coelestium**, et των Γεωργικων cuiusvis mensi adscripti sunt **Rhythmi** vitam humanam mensium cursui comparantes. Ita *Januario*:

*Les six premiers ans que l'homme vit au monde
Nous comparons a Janvier droitement.
Car en ce mois vertu ne force babonde,
Non plus que quant six ans a vng enfant.*

In **Litaniis** adduntur SS. *Martialis*, et quidem **Apostolis**, ut **Cod. DCCCXC.** *Dionysius*, *Mauritius*, *Eutropius*, *Quintinus*, *Karolus*, *Remigius*, *Eligius*, *Egidius*, *Leobinus*, *Sulpicius*, *Leonardus*, *Genouefa*. **Fol. 51.** haeret aqua ad **Iconem** *Deiparae* filium in **ulnis** gestantis in **nube** conspicuae, ad quam **Virgo** elegans prae **Castri** cujusdam stans foribus **Viro** grandaevo duobus stipantibus junioribus, omnibus togatis, in **genua** provoluto **digitum** intendit.

de **B. V. Maria** immixtis **Horis** de **Passione** *Domini* et **S. Spiritu**, **Psalms** dictos de **Poenitentia** cum **Litaniis**, in quibus praeter **S. Martialem** varii alii **Divi** in *Gallia* praecipue culti invocantur, **Officium** pro **Defunctis**, denique **Orationes** **idiomate gallico** primum ad **D. Virginem**, dein ad **Deum**, qui in **singulis** *Beau sire dieu* appellatur. **Iconibus** supra dictis, ut melius **conservarentur**, praetentae sunt **Lamellae foliariae** pellucidae purissimae e **cornu fuso**.

DCCCLXXXVIII.

DCCCLXXXIX.

792 Codex membraneus lat. gall. **Sec. XV.** **Folior.** 66. 8. per duas columnas nitide exaratus, et **Iconibus** XIV. marginibus et literis initiorum eleganter deauratis pictisque conspicuus **Horarium** est, praevio **Calendario**, in quo cum **3. Julii S. Martialis** caractere aureo descriptus occurrat, **Libellum** olim ad *Lemovicensem* in *Gallia* **Dioecesi** pertinuisse fit credibile. **Continet** vero **IV. Evangeliorum Initia**, **Preces** et **Officium**

Codex membraneus lat. gall. 979 **Sec. XV.** **Folior.** 238. post medium compactoris vitio aliquantum confusorum, 4. maj. caractere luculento perscriptus, praeter literas initiorum et margines omnes auro fulgido, coloribusque picturatos, figurisque minoribus ornatos **Iconibus** XXV. majoribus venustissimus **Horarium** est sequentia complexum: **Calendarium** gallicum **Sanctorum** raro obviis nominibus refertum, in quo aurati